

aux âmes du purgatoire l'indulgence *in articulo mortis*.

Vicarius Capitularis Archidiœc. Leopoliensis. Ruthenorum.
a S. Indulgentiarum Cong. humiliter expostulat solutionem sequentium dubiorum :

I. Utrum Indulgentia altaris privilegiati possit lucrificari pro anima unius defuncti, si respectiva Missa offertur non tantum pro defunctis sed simul etiam pro vivis ?

II. Cum ex una parte expresse statuatur quod Indulgentia *in articulo mortis* pro defunctis applicari non possit ex altera vero parte illi qui fecerunt actum heroicum pro defunctis, omnes Indulgentias, etsi alias pro defunctis non applicabiles, tamen pro ipsis offerre possint, ideo quæritur :

a) An illi qui laudatum actum heroicum fecerunt, possint, immo, si istum actum revocare nolunt, etiam debeant Indulgentiam lucrifactam *in articulo mortis* pro defunctis offerre ?

Atque si affirmative :

b) An posito isto actu heroico, Indulgentia plenaria *in articulo mortis*, etsi variis titulis et repetitis respectivis operibus lucrifacta, tamen una tantum et non pluribus vicibus pro defunctis lucretur ?

Porro S. Cong. Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis præposita, audito etiam unius Consultoris voto respondendum mandavit :

Ad I. *Negative*, et detur decretum in una *Syllabæ*. d. d. 25 Augusti 1897, ad dub. 2.